



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Torpes Mart. 17. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

318 VITÆ SANCTORUM. 17. Maii.
pro tribunali seder: adest reus, vel se ju-
dice nullâ non morte dignus. Ergo sen-
tentiam profert UBALDUS, & inaudito
supplicio reum damnat AD OSCULUM.
Non multo sanguine, ais, se vindicavit,
sed certè, ut non nemo inquit, rubore mul-
to. Ex Brev. Rom. Pet. de Nat. & Surio.

Obediamus Christo, & furentium fra-
trum morsus, verbera, onera, pietatis Vir-
tute portemus: ut & fratres nostros libere-
mur à pœna, & patientiæ præmium con-
sequamur: nec dedignetur servus hoc acci-
pere à conservis, quod Dominus à servis &
pro servis dignanter accepit. S. Pet. Chryl.
serm. 28.

S. TORPES MART. 17. Maii.

RAram avem vides, & albo similli-
mam corvo, aulicum, inquam, pium
ex aulâ Neronis impii. TORPES est D. Pau-
lo familiaris, & in fide, quemadmodum
fertur, Angeli discipulus. Hic tyrânni
æmulam cælo machinam, & quâ ille
mortalibus velut alter in terris Iupiter
illudebat, solis precibus destruxit, flu-
mineque cælos vanissimos & orco mer-
sit. Ilicet Nero Iupiter hoc damno mul-
tatus graviter detonuit, omnibusque pœ-
nis in TORPETEM fulminavit, sed ex pel-
vi. Nam alapam primò Sabellici judicis
generosè devoravit. Columnæ deinde
alligatus, tortusque crudeliter, Samson
ipsif-

17. Maii. VITÆ SANCTORUM. 319
ipfiffimus fuit. Quid ! quòd corruens co-
lumna exitium attulit Sabellico , falvo &
incolumi noftro Samfone ? Ergo Siluius
Sabellici filius , heresque idem crudelira-
tis , rotæ radiis lacerandum illigavit ,
beftiis objecit , femper illæfum ; quæ res
Evellio confiliario Imperatoris perfua-
fit , ut fibi confuleret , fidemque Chrifti
amplecteretur tot miraculis probatam.
Ambo itaque cæfi feuri funt. Porrò
TORPETIS corpus fatifcenti naviculæ
impoftum , additusque gallus & canis ,
ut illud vel his , vel cum his pifcibus foret
efca. Sed Angelo remige in Hispaniam
appulsum excepit Celerina honeftiffima
matrona , non aliter quam opes ex divi-
te Indiâ appulfas , tumuloque auguftiffi-
mo donavit. Addidit deinde pietas Chri-
ftiana templum. Nam cælum nuper jam
Superi dederant , ex quo illè hodie etiam
ridet mimicum Neronis cælum. *Ex Bar.
Pet. de Nat. & tom. 6. ant. lect. Can.*

*Quatuor funt , quorum in hâc vitâ obfe-
quiis defervimus : Caro , Mundus , Diabo-
lus , Deus. Caro largitur fervitoribus fuis
momentaneam voluptatem ; Mundus tran-
fitoriam fublimitatem ; Diabolus perpetuam
captivitatem ; Deus interminabilem feli-
citem. S. Bern. ferm. 3. Epiph.*

S. ERI-